¶ Undecima Cella.

DIſcipulꝰ igit̄ nr̄e artis in vndecimā cellam in
troductꝰ in eiꝰ ꝑmo vidit latere multos ſenes
in traꝫ curuatos/rugoſoſqꝫ q̈ſi in ianua mortis
exn̄tes In 2.º latere multos mediocris ſtatus
⁊ ꝯditiōis. int̄ quos quidā ſemimortui vitā ge
rebāt imbecillē: alijqꝫ lente trāſibāt. In 3.º latē mltos ſanos ha
bētes facies v̄ſas ad duo ꝑora latera: q̇ ita cog̊ſcebant ſe ad plu
res caſus diſpoſitos. In eodē latere mors ꝓ t̄bunali ſedere vi
debat̄/q̄ quibuſdā hōibꝰ nō ꝑ nūcios citationē inſinuauit: ſꝫ re
pēte inopinateqꝫ viſitabat. Et in q̄rto lat̄e quidā hōies mortē
ꝑnūciare videbāt̄. Eruditusqꝫ a ſuo p̄ceptore didic̄t hāc pictu
ram eē nil aliud q̄ꝫ mortꝭ nūcios. ita ꝙ in ꝑmo latere ſenectꝰ iux̄
Hugo. de ſan. vic. ibi primus apparuit nunciꝰ. Que ſenectꝰ nō
mētiendo mortē ſatis inſinuat ꝓpinquā. ¶ Primum latus ¶
Circa hanc autem ſenectutē notādum ꝙ reperit̄ duplex Pri
ma naturalꝰ ex ſolo curſu nature ꝓueniēs/q̄ cōiter venit natura
li calore deficiēte Frigiditas nāqꝫ eſt mr̄ albedinis/ ſicut calor
nigredinis. Alia eſt accn̄talis ⁊ quodāmō violēta/ex infirmita
tibꝰ/doloribꝰ/imoderatiſqꝫ curꝭ/ꝓueniēs/aut etiaꝫ ex vigilijs et
ſtudijs diuturnis atqꝫ infrigidatōe penetrāte ad int̄iora. Hinc
eccī xxx. Cogitatꝰ an̄ tēpus ſenectā adducit. Et xxxj. Vigilia
boneſtatis tabefaciet carnes: ⁊ cogitatꝰ illius auferet ſomnum
Sēpe ex cogitatōibꝰ ⁊ pōderoſis nociuis ac t̄ribilibꝰ rebꝰ ori
unt̄ in appetitu ſēſitiō afflictiue paſſiōes/vt tiōr/triſticia/meror
q̄ fiūt cū corꝑali trāſmutatōe frequent̄ immoderata/ ſ̄m ſiſtolē ⁊
dyaſtolē. i. cordis reſtrictionē ⁊ dilatatōeꝫ. Sic diſtēperatur ꝯ
plexio naturalꝭ/humor ꝯſumit̄/vis nature debilitat̄. vn̄ et cutis
areſcit rugatur/ac tremit. iō per Salomonē dicit̄ Sicut tynea
nocet veſtimēto/⁊ v̇mis ligno: ita triſticia nocet cordi. vn̄ Job
in afflictōibꝰ ꝯſtitutꝰ de hijs loquit̄ vij. c. Cutis mea aruit ⁊ ꝯ
tracta eſt. De hac accidētali ⁊ inopinata ſenectute loquit̄ Bo
etius primo metro de ꝯſola. phie Venit enim ꝓperata malꝭ ino
pina ſenectꝰ Et dolor etatem iuſſit ineſſe ſuā Intempeſtiui ſū
duntur vertice cani. Et tremet effeto corpore laxa cutis.

Quali autem modo quis ad ſeniũ proceſſerit multa ipſi aſſunt
incõmoda vt dicit poeta. Optam⁹ ſeniuȝ dum venerit eſt male
ventũ Hoc eſt gibboſum. ſurdũ. cecumq; moroſum. Jdeo di-
citur Eccl'aſtes vlt'. Memẽto creatoris tui in diebus iuuentu/
tis tue: anteq̄ veniat tẽpus afflictionis tue. Glõ Nyco. d ly. ſ.
ſenij Et aq propinquẽt anni. ſ. mortis. de quib⁹ dicas nõ michi
placẽt. vbi infra multa hñtur iuxta expoſitionẽ catholicorũ do/
ctorum de ſenio Jta q deo valde diſplicet ſenex

Sex
- Si vicia proſequatur
- Si multa loquatur
- Si malũ ſuſpicatur
- Si finalit' obdurat'

De primo dicũt doct'. q de
bent eſſe ſeniliũ criminuȝ vi-
ctores. temptãt eniȝ ſenes q̄
dã egritudines ⁊ vicia q̄ ple
riſq; iuuenibus cõia ſunt. de quibus Jnnocẽ. ait in de vili. ↄdi.
hũane Fruſtra ad ſenectã ventũ eſt cum repetas adoleſcẽtiam
Vna ſiquidẽ egritudo eſt ſenis q affectũ q̄uis non multuȝ effe/
ctum ad opus dirigit carnalẽ. Scribit' enim tcij regũ xj. q mul-
eres auerterũt cor ſalomonis. Q. d. deprauatũ eſt cuȝ fuit ſenex
per eas/nec erat cor eius perfectũ cum deo ſuo. Q. d. in ſenibus
maxime vituperabile eſt: q2 corpore exiſtente infrigidato fit re
miſſio ↄcupiſcẽtiarũ. idcirco peccatũ eorũ corpore excitato pro
pter deficientẽ calorẽ ad actus venereos grau⁹ ex peruerſa vo/
luntate iudicat'. Sic ⁊ ſpecies ſuſanne iudices decepit ſeniores
Dañ xiij. Secũdo egritudo auaricie. naȝ ſm Auguſtinũ i quo/
dam ſermone Cum cũcta vicia in ſene ſeneſcũt: ſola auaricia iu
ueneſcit. Et Seneca in libro de morib⁹. monſtro ſimilis ẽ aua-
ricia ſenilis. Quid enim ſtultius eſt vt dici ſolet/ q̄ vita deficiẽ/
te augere viaticũ. De ſecũdo Jnno. predict⁹ vbi ſup̃. Theſau/
rum in ſepulcro ponit qui ſenex heredẽ facit. Senex facile pro-
uocatur: ⁊ difficile reuocat'. Cito credit: tarde diſcredit. Te-
nax ⁊ cupidus. triſtis ⁊ querulus. velox ad loquendũ. tard⁹ ad
audiendũ. laudat antiquos ⁊ ſpernit modernos. vitupat p̄ſen-
tia/⁊ ↄmendat futura. De tercio. ſ. ſuſpitione mali. Sũt eñi ſe-
nes ſuſpitioſi: quecũq; enim vidẽt vt plurimũ ſuſpicant' malum
referẽtes ea in deteriorẽ partez. q2 enim multis annis vixerunt
menſurãt facta eorũ ſm propria geſta. propt' quod credunt alios

malos eſſe. vñ dicit̃ ij. retho. qꝛ ſenes vixerunt multis annis/ eẽ non poteſt quin in multis peccauerunt: iõ ſunt male ſuſpitioſi ⁊ omnia in deterius eſtimãt. ¶ Preterea triſtes ſunt. de ipſius ſenis triſticia ait Caſſiodorꝰ in quadaz epl'a Nichil eſt qḋ ſenectuti magꝭ noceat ac dies hõis abbreuiet/ q̄ꝫ triſticia languor animi atqꝫ ira. Nichil enim eſt hylari ſenectute iocũdiꝰ/ voluit hoc qui ait Prouerb. xvij. Animꝰ gaudẽs etatẽ floridaz facit Spũs triſtis exiccat oſſa Et ne hoc de ſeculi riſu intelligat̃ idcirco glõ ibidẽ dicit Qui int̃na ſpũs ſãcti ꝯſolatiõe letat̃ etiã bone actionis flore decorat̃/ ⁊ fructum celeſtis p̃mij expectat. Qui vero triſticia ſeculi q̄ mortẽ ope̅rat̃ angit̃/ pinguedie caritatis in robore v̄tutũ q̄s exercere videt̃ habere nullatenus valet. Sꝫ quaſi oſſibꝰ exſiccatis marceſcit Quia in bonis q̄ facit gloriam dilectionis amiſit. ¶ De q̄rto Int̃ abuſiones huiꝰ ſeculi ſola maior ſenis eſt obſtinatio qui ſ̄m Hugo. in ḋ clauſtro aiẽ li. ij. morti ꝓximꝰ mortis nõ abhorret aduẽtũ/ qui q̄ſi ad oſtiũ mũdi huiꝰ poſitus foris ſpectat: nec tñ vite p̄ntis attẽdit egreſſum nec future ꝯſiderat. Audit nuncios mortis: ⁊ credere non vult eis. Scd̄m eñ Cyprianũ ad interitũ ꝓperat dum caligãt oculi: aures grauiter audiũt: capilli fluunt: facies in pallorẽ mutat̃. dentes lapſi numero minuunt̃ ⁊c. Que omnia ruiturã iãqꝫ domum corporis cito prenũciant. Auditis igitur ſenuz hijs quos hñt defectibꝰ iam reſtat parũper in laudes eorũ ꝓrũpere

Senes eñ sunt
- Prudentia aſtuti
- Conſilio maturi
- Reuerẽtia digni
- Gratitudine pleni

Primũ notuz ẽ qꝛ hñt rerũ agibiliũ prudẽtiã Job In antiq̄s ſapientia eſt: ⁊ in multo tẽpore prudẽtia. in hijs eñ qui multo ſunt tp̄e prudẽtia eſt Cum eniz experiẽtia ſit magiſtra rerũ: ⁊ ſenes plura fuerunt exp̄ti. iuuenes pauci: Hinc eſt q̄ꝫ prudẽtiores ſunt ſenes: ⁊ difficulter in iuuenibus prudẽtia reperit̃. vñ Augꝰ in quodaz ſer. Infantia noſtra innocẽtia eſt. puericia reuerẽtia. adoleſcentia patiẽtia. iuuentus virtus. ſeniũ meritũ. ſenectus nil aliud q̄ꝫ canus/ ſapienſqꝫ intellectus. ¶ De ſecũdo. Iuuenes eñ qui ſãguine feruent ⁊ in eis habundãt cõcupiſcentie ⁊ paſſiones. in omnibus tenẽt

extremũ. ꝛ ſic omnia agũt valde idcirco ꝑcipites ſunt in cõſilijs
propter inexperientiã rerum. Senes autẽ magꝫ valent ꝯſidera
re pericula que ꝯtingere pñt propter experientiã ꝛ paſſionũ re
miſſiones. vnde ſenes cõſtituti erant in adiutorio moyſi Salo
mon ꝯſilio ſenũ vtebatᷣ. Sed roboam filius eius vtẽs iuuenum
preſumptuoſo ꝯſilio/ decẽ partes amiſit regni ſui. t̃cij reguꝫ xij°.
¶ De t̃cio Corã cano capite ꝯſurge Leuit. xix. Et ſapiẽs Se
nectus enim venerabilis eſt. Et aplꝰs Seniorẽ ne increpaueris
ſꝫ obſecra vt patrẽ. j°. ad Thymo. v. Et in veteri teſtamẽto So
li ſenes portabãt vaſa tabernaculi. in cuiꝰ ſignũ ſoli merito ſenes ĩ re
ctores eligebantᷣ aiãꝝ/ q̃ vaſa ſũt ecclie. ¶ De q̃rto notãduꝫ ꝙ
ſenes deo referũt grãꝝ actões debitas/ qꝛ iuuẽtutẽ q̃ fortꝭ eſt ad
vicia euaſerũt. Nã vt dicẽ greg. in paſtoral. Quibuſdã ſepe ma/
gnitudo v̉tutis occaſio fuit ꝑditõis/ vt cũ de ꝯfidẽtia viriũ inor/
dinate gl'iarentᷣ hec quidẽ ſenectꝰ certa nũciat/ qꝛ mortẽ pñteꝫ.
hãc certitudinẽ igiᷣ ſenectutꝭ nõ obſtinatio ſꝫ afflictio ꝛ hũilitas
ſeq̇ debꝫ Et tãta de p̄mo nũcio dcã ſufficiũt ¶ Scdm latus ¶
In ſcdo latẽ quidã ſemimortui vitã gerebãt ibecillẽ ꝛc. Ex q̃bꝰ
apꝑet multos pati diuerſas infirmitates q̃ ſecũde mortis nũcij
dicũᷣ/ ſiue ſiḡ remota mortis: vt ꝯplexiõis debilitas/ febris/ ca
pitis dolor/ ꝛ alie infirmitates cotidiane/ paſſio yliaca vl' colica/
podagra/ vel calculꝰ/ ydropiſis/ tiſis/ vel paliſis/ aut lõga cotidia
na/ aut flegmatica/ aut t̃ciana/ aut q̃rtana ꝛc. Siḡ v̉o ꝓxima ꝛ ꝓ
ximi nũcij ſũt. ſ. imobilitas/ ſurditas/ ꝛ ſil'es infirmitates/ q̃ ſubi
to occidũt: ꝛ iõ bñ dixit pš. Non eſt ſanitas in carne mea. ꝛ ſic
vt plurimũ infirmitates varie hoiẽm trahũt ad ſepulcrũ Quã
uis eñ hij nũcij ſecũdi ſenſualitati mala noua ferãt Nõ in tñ bñ
uenti exiſtũt. nociue enim corporibus infirmitates ſalubres ſũt
aĩe ſiue mẽti Nã infirmitas corpal' frequentᷣ peccatuꝫ impedit
ne fiat. quia iuxta ſapientẽ Liuor vulneris abſtergit mala. In
ſuper infirmitas feruentiorẽ reddit. Pš. Multiplicate ſũt in
firmitates eorum: poſtea accelerauerunt. ferüentiꝰ ſcꝫ oꝑando
Paulꝰ. virtus in infirmitate perficiᷣ. Soſpitas carnal' vt ſepe
deũ negligit. Sꝫ aduerſitas dei viſitationẽ atqꝫ corporis huã
ni fragilitatẽ inducit. ꝛ hec de ſcdo latere pauca dicta ſufficiãt.

Cella

Tercium latus ¶ In tercio latere t̄cius depingit̄ nuncius
qui caſus dicit̄ .ſ. alioꝝ̄. qꝛ non eſt aliquis dies quin de cuiuſcū/
qꝫ qualitate mortis noua gerant̄. Felix enim eſt quem faciūt a/
liena pericula cautū. Cū ergo audimꝰ aliquē precipue iuuenē
morti deditū: ꝯſideremus eū nobis fore mortis nunciū. qꝛ ⁊ cō/
ditio vtriuſqꝫ hōis ſcꝫ boni ⁊ mali adeo ſepe improuiſe cadere
permittit̄: q̄obrem non eſt differendū. Quapropt̄ errāt dicē/
tes non hoc moriar anno: audiui cuculū/ vel aliud ſignū vidi. de
quibus refert plura exēpla actor de donis. de quadaꝫ .ſ. vetula
que audiuit cuculū quinquies in mayo/ ⁊ putauit ſe nō moritu/
ram. ob quam cām morti appropinquās/ ⁊ a liberī admonita ꝯ/
feſſionem rennuit. que ampliꝰ tandē loqui non valēs/ clamauit
quinquies cuckut: ad innuendū ſe habere quinquenniū in con/
firmationē/ vltimo quinqꝫ digitos erigens. Sed dei iuſticia p̄/
cuſſa in hac miſerabili ſpe viā vniuerſe carnis egreſſa eſt. Per/
mittit eñ deus ſepe beatiores miſerabiliꝰ inopinateqꝫ corpora/
liter mori Sed cur hoc? propt̄ tres cauſas p̄cipue que ex docto
rum ſcriptis eliguntur

Scz { propter nullā preſumptionem / propter mali remunerationē / dei vel xp̄i aſſimilationem }

De p̄mo Augꝰ in
quadaꝫ ep̄la. Latet
vltimꝰ dies vt obſ/
uent̄ oēs dies. ſero parant̄ remedia cū mortis īminent pericula
Vigilare debet omnis xp̄ianus/ ne euꝫ imparatū inueniat dn̄i
aduētus. Imparatū āt inueniet dies illa quem imparatū inue
niet ſue vite vltimꝰ dies. Et ideꝫ li.° ij. de doctrina xp̄iana. Ti
mor de futura morte mentē neceſſario ꝯcutit/ ⁊ q̄ſi clauatos car
nis oēs motus ligno crucis affigit. ¶ Secundo propt̄ remune
rationē qꝛ nullū malū īpunitū/ nullūqꝫ bonū irremuneratū ma/
nebit. Sed non eſt quis ita bonus quin facit vel fecit aliq̄ mala
q̄uis modica: ſecluſa xp̄i matre poſt ipſuꝫ. Et ita punit eos in
hac vita ne puniant̄ in purgatorio Quidā eñ propheta ſanctꝰ
poſtq̄ ex dn̄i precepto rep̄hendit roboam de ydolatria ſua: re/
uertens domū a leone ſtrāgulatus eſt. t̄cij regū xiij. Joſias in/
nocēs veruſqꝫ dei cultor in bello a rege egypti infideli occiſus ē
Eberardus lr̃atus ac deuotus vir cuiꝰ geſta Hyder tenuiter

tágit vltiō c.quarti libri de for. mortē ſubitaneā poſt matutinas
paſſus eſt. Similit̄ ⁊ alij de quibus ibi narrat ¶ De tercio per
hanc ſubitaneā que apud laycales perſonas mors vilis reputa
tur ſimiliores filio dei efficiunt̄. Chriſtus eniꝫ turpiſſima mor
te mortuus eſt. Et tāto membra eius que ſunt electi efficiūtur
ipſi ſimiliora ⁊ pulcriora: quāto horribili⁹ penoſiuſqꝫ morti ſub
dunt̄. Non pepercit baptiſte/non petro/non paulo/ non innu-
merabilibus martyrib⁹. Errāt igit̄ ſcādalizati/ qꝛ ḃm Auguſti
num Mors mala putāda non eſt quā bona vita ꝓceſſit Neqꝫ
enim facit malā mortē niſi qḋ ſequit̄ mortē. Non multū curan-
dum eſt eis qui neceſſario morituri ſunt quid accidat vt moriā-
tur: ſed moriēdo quo ire cogant̄. vt dicit̄ ij. caᵒ de ciui. Dicis vt
inq̇t de vita xp̄iana Auertat de⁹ a me malā mortē. Mori ma/
le times: viuere male nō times. plus igit̄ times mortē tuā q̄ vi-
tam. Corrige male viuere: qꝛ nō p̄t male mori q̇ bn̄ vixit. Pa-
tet ergo ex vna pte magna dei clemētia qui ſuos hic tꝑalit̄ ⁊ nō
poſtea grauit̄ vult punire Patet ex alia pte magna dei iuſticia
q̄ modicū malū nō ſinit ipunitū ¶ Quartū lat⁹ ¶ In q̄rto la
tere quidā hōies vtuſqꝫ cōditōis videbant̄ eē p̄nūciatores ſiue
mortis nūcij. Pro quo ſciēdū q̄ h̄ nō cōiter ſ; ex ſpeciali dei p̄-
uilegio aliq̇bus ꝯceſſuꝫ eſt. Refert em̄ p̄docūs nyder ij. liᵒ c. vijᵒ
eiuſdē for. Qꝫ quidā mut⁹ ciuitatis ꝯſtātien̄/ paup rebus/ hone
ſtus vita/apud quēdam ciuē ꝯſtācienſeꝫ ſatis diuitē nutrit⁹ quē
caſus vrgebat pgere ad aliā ciuitatē nauigio: quē mut⁹ peregri/
naturum ꝯſpiciens/domi nutibus quib⁹ valuit dn̄o ſuo ne naui
gio ſe cōmitteret ſuaſit: ſed rēnuit ciuis. qui poſtq̄ domū exiuit
eum ſequebat̄ mutus/modis quibus poterat iter ceptuꝫ diſſua
dens. tandē circa nauem miſerabilib⁹ gemitibus vt antea ꝓhi-
bere conatus eſt ſuū dominū. Quem ſi nauigaret preſciuit mo
riturum. Nauim igit̄ ingrediēs/non diu poſt aduerſa fortuna
ꝯmouente aquas ſubmerſus eſt: muto adhuc in litore ſtāte ma
gnis profuſo lacrimis. ¶ Et idē ij. c. p̄dicti lib. refert de quodā
comite de wirtenberch ſexagenario debili natura/ad mortē ta/
men nullaten⁹ hūano iudicio ſuſpecto. Qui duꝫ lete vellet frui
balneis/die vna medic⁹ ad eū dixit. Dn̄e diſponite domui vr̄e

⁊ prouideatis aīe/qꝛ reuera in quinqꝫ horarū ſpacijs ab hac lu-
ce migrabitis. Cui ille. Quid q̄ſo refers: nulla eñ indicia mor
tis nec tu nec ego iudicam⁹ in me eſſe. Eſt preterea dudum mi
chi prophetatū/feminā in opido ꝓximo quādam eadē debere
mori hora qua ego: quam nec egrotare ꝑcepi. Cui medic⁹. hec
noueritis femina eccl'iaſticis munita eſt ſacramētis agonizans.
Scio inquit alterū mei interitus indiciū/arborē non multo an-
te meā mortem ruiturā ex oraculo quodā. Cui medicus. Hec
hodie cecidit: ergo occaſum veſtrū adeſſe ſciatis. Tunc comes
ad extrema propinquās in predictis didicit/⁊ in propria expe/
rientia mortē adeſſe ſenſit/quam in ſex horarū ſpacijs deguſta-
uit. Et ſic apparet aliquādo hōies predicere mortē futuraꝫ/ꝑ-
cipue ſimplices/deū timētes/mūdo deſpecti/quibus deus gra-
tiam confert. Utruꝫ vero ſemꝑ futura q̄ predicūt vera ſint/non
mirū ꝙ in aliquib⁹ errauerint/cum hoc veris ꝓphetis aliqñ ac/
cidiſſe legat̄. vt de Nathā ꝑmi paralipo. xvij. Qui dauid iuſ-
ſit dn̄o edificare domū vt putabat dei ſpū/ qd̄ poſtmoduꝫ reuo
cauit. Omēs eniꝫ ꝓphete vt ſcūs Thōs docꝫ in ſūma duplicit a
deo inſtruit̄. vno mō ꝑ expreſſaꝫ reuelationē. alio mō ꝑ quēdaꝫ
inſtinctū quem interdū etiā neſciētes hūane mētes patiunt̄. vt
dicit Aug⁹ ij. ſuꝑ geñ ad lr̄am. De hijs q̄ propha maximaꝫ ha/
bet certitudinē Sed de ea que cognoſcit per inſtinctū non ple-
ne diſcernere pōt/vtrū ꝓprio ſpū aut diuino inſtinctu hec cōtin
gant. Non ergo mirādū ſi aliquādo non euenerint q̄ predicun
tur. Preterea notandū eſt quinqꝫ grad⁹ eē ꝓphetie ſm̄ ſanctū
Thomā. Primo cū aliqs ex interiori inſtinctu mouet̄ ad aliqua
exteri⁹ faciēda/ſicut de Sāpſone dicit̄ Judicū xij. qui domuꝫ
irruit/vincula diſſoluit. Secūdus grad⁹ ꝓphetie cū aliqs ex i-
teriori lumine illuſtrat̄ ad aliq̄ cognoſcēda vel agēda/ad hūanā
cōuerſationem vel cōſeruationē pertinētia/que tamē excedūt li
mina cognitionis natural'/vt Salomon diſputauit ſuꝑ lignis a
cedro vſqꝫ ad yſopū. Hij tamē duo gradus ſunt infra ꝓphetiā
proprie dictā: qꝛ non ꝯtingunt ad ſupernaturalē veritateꝫ. ⁊ ſic
non dicunt̄ predcā de ꝓphetis proprie dictis. Tercius grad⁹
eſt qñ aliq̄ ſupernatural' veritas per lumē intelligibile alicui ma

nifestat̄ ymaginaria viſione/per ſimilitudinē corporaliū rerum ducentiū in ſupernaturalē veritatē. ⁊ talē prophetiā habuerūt omnes illi qui numerant̄ in ordine propheta rū in textu biblie. Quartus grad⁹ eſt quādo ꝑ lumē intelligibile reuelat̄ aliq̄ ſupernatural' veritas abſq3 ymaginaria viſiōe. Et ſic dauid dicit̄ propheta excellentiſſimus. Quintus gradus ⁊ ſuprem⁹ eſt qn̄ veritas ſupernatural' vnde oñdit̄ intellectui per lumē ſupnaturale ſine ymaginaria viſione. vt moyſi ⁊ paulo cōicatū eſt ⁊ videre diuinā eſſentiā. Sepiſſime eñ mulieres multa p̄dicūt Nā ſ̄m Guilhelmū pariſieñ in ſuo vniuerſo Mulieres ob teneritudinem ꝯplexionis/aut propt̄ aptitudinē mētis/nōnunq̄ viri ſūt ad impſſiones ſeparatarū ſbſtātiaꝝ capaciores in bonis aſſiſtē/te grā/⁊ in mal'ea abſente. Et ſic apparet q̄tuor mortis nuncij. Quart⁹ vero ſpecialis eſt ⁊ de raro ꝯtingētib⁹. Tres v̄o primi cotidie nob̄ adueniūt. Caſus. ſ. īfirmitas. ⁊ ſenect⁹. Caſus dubia. infirmitas grauia. ſenect⁹ certa nūciat. Caſus nūciat mortem iacentē: infirmitas appentē: ſenect⁹ pn̄tem. Ex incertitudine mor̄ꝰ tiōr: ex infirmitat̄ ḡuitate dolor: Ex c̄titudine ſenectutis nō obſtinatio ſ; afflictio humilitaſq3 ſeq̄ deb3 Diſpone ḡ domui tue q2 nūcij mortis aſſūt: morieri enim tu ⁊ nō viues

Duodecima Cella

Egrediēs diſcipul⁹ vndecimā cellā ad duodecimā greſſus ſuos direxit. In cui⁹ p̄mo latere vidit plures vtūſq3 ſex⁹ hōies ꝑgētes ad ciuitatē quādam/ꝑ viā arenoſa3/negociātes/⁊ totā mētis intentionē ad aurū argentu3 ⁊ diuitiarū gen⁹ qd̄ in illa ciuitate ꝯperiebat̄ figētes. In ſecūdo latere vidit aliā ciuitatē ad quā plures via mōtibus ⁊ collib⁹ plena dignitatib⁹ nō vacuā ⁊ hōribus pergebant ⁊ eoſdē honores magnis artibus ⁊ induſtrijs emebāt. In t̄cio latere ciuitas t̄cia appebat via lutoſa p̄cedēte. In q̄ diuerſi homines voluptatibus/delitijs carnis/choriſationibus/⁊ alijs vanis gaudijs inuoluebant̄/⁊ mercimonia emebant. Nichilominus inopinate finalit̄ per anguſtā portā egredientes hec oīa mortireliq̄runt. In q̄rto vero latere quidā velut amentes ⁊ deliri